

CONTINUATIO  
PARTIS SECUNDÆ  
RESOLUTIONUM  
IN  
UTROQUE IURE CONTROVERSARUM.  
REMIGII MASCHAT

A S E R A

Es del Colegio de los  
Angeles de  
Salamanca.

IOANNIS WALBRECHT

C O M P L E C T E

RESOLUTIONES AD TIT. I. DE VITA ET HON-  
STATE CLERIC. AC RELIQUOS LIBRI TERTII NEC  
NON AD LIB. IV. ET V. DECRETALIUM

CUM EPITOME PROCESSUS CRIMINALIS REGULARIUM; AC INDICE  
ALPHABETICO MATERIARUM.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

IMPENSIS MATTHÆI RIEGER BIBLIOPOLÆ. ANNO MDCCCLXIL





# RESOLUTIONES CANONICÆ DISPUTATÆ

## Ad Librum III. Decretalium.

Ad Tit. I. De vita, & honestate clericorum. Et Tit. II. De cohabitatione clericorum, & mulier.

**J**OANN. RESOL. I. *Clericus debet abstinere ab intemperantia seu crapaula, & ebrietate per c. 14. de vita & honest. cler. quia ebrietas mentis inducit exilium, & libidinis provocat incentivum, ut ibid. dicitur. Omnia que vitorum fomes, ac nutrix est can. fin d. 35. Similiter non debent clerici certare potando ad bausus aequales, ita, ut ille iudicio potatorum plus laudetur, qui plures inebriat & calices facundiores exhibuit; secus moniti a superiore, & non emendati, ab officio, & beneficio suo suspendendi sunt. Ibid. Ratio est: Quia per hoc laeditur temperantia, offenduntur animi secularium & vilipenditur status clericalis.*

*Obi. 1. Apostol. ad Colos. 2. v. 16. Inquit: Nemo vos iudicet in cibo, & potu; ergo ratione cibi, & potus tam*

laici, quam clerici non possunt iudicari, conseq. nec puniti suspensione ab officio, & beneficio. 2. Matth. 15. v. 11. dicit Dominus: *Quod intrat per os, non coquinat animam;* ergo si ex cra-pula, vel ebrietate non coquinatur anima, non potest clericus ob illam puniri. 3. In pluribus S. paginæ locis habetur, ebrietatem per se non esse malam, ut patet ex illo Psalm 31. v. 9. *Inebriabuntur ab ubertate domini tuæ;* & ex Cantic. 5. v. 1. *Comedite amici, bibite, & inebriamini;* imo ebrietas quandoque expedit ad tollendum mæorem iuxta illud Proverb 31. v. 6. *Date siceram mærentibus, & vinum his,* qui avaro sunt animo: *bibant, & obliviscantur egestatis sua,* & doloris sui non recordentur amplius; quid quod vinum prospicit ad acumen ingenii? ergo minus recte adeo severè prohibetur clericis ebrie.

ebrietas. 4. can. 9. d. 44. PP. Concilii Nanetens. statuunt clericos ad collationem accedere debere, & ad calcem textus subdunt: *Et ideo per adiis omnibus, qui voluerint, canam cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus, & singuli singulos bibere faciant & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant;* ergo possunt clerici se invicem ad bibendum invitare, & usque ad tertiam vicem poculum sumere. 5. c. 12. de Accusat. agitur de clero ebrioso, qui in taberna pernoctavit, & sequenti die, nulla praemissa dormitione, Missam cantavit, & deciditur a Pontifice, ut, si ecclesiam in commendam canitum habuit, Episcopus ei perpetuum imponat silentium; si vero eam in titulum obtinuit, & non fecit convictus de aliquo alio criminis, ob quod beneficio sit privandus, ecclesiam ipsam ei restituat, illamque pacifice retinere faciat; ergo clericus ebriosus, & violentus, nec praemissa monitione desistens, non est suspendendus ab officio, & beneficio.

R. Ad 1. Apostolum in cit. textu non improbare sobrietatem, aut iejunia, ab ecclesia indicta, ad edomandam carnis petulantiam, multo minus velle innuere, quod ob nimiam bibacitatem, & ingurgitationem usque ad ebrietatem clericus judicari, & puniri nequeat; sed impugnat solum Iudeorum abstinentiam, qui certis cibis nunquam utebantur, eo quod secundum præcepta ceremonialia legis veteris essent immundi secundum naturam suam, eosque im-

mundos redderent. Ad 2. R. cum S. D. 2. 2. q. 148. a. 1. ad 1. Dominum ibi impugnare Iudeos, qui existimabant, quod aliqui cibi eos immundos redde-rent, non propter figuram, sed propter propriam naturam, & contra hos dicit id, quod intrat in hominem per modum cibi, secundum substantiam, & natu-ram non coquinare hominem spiritua-liter; inordinata autem cibi, & potus concupiscentia certe coquinat hominem spiritualiter. Ad 3. N. A. In cit. textibus ebrietas, & inebriatio non sumitur pro nimia bibacitate, & ingurgita-tione usque ad ebrietatem, prout in praesenti accipimus, sed pro saturitate & plenitudine spirituali, aut temporali, ut observat S. August. q. 144. in Genes. Ad 1mo R. modicum, & temperatum usum vini prodesse ad mœtorem tollen-dum, & acuendum ingenium, non vero ingurgitationem usque ad ebrietatem, quæ mentis exsillium inducit & plurima mala causat. Ad 4. PP. cit. Concilii permittunt clericis se invicem invitare ad moderate tamen, & temperate biben-dum & ideo caute aiunt, ne ultra ter-tiam vicem poculum contingant, qui nu-merus est temperatorum. Ad 5. In cit. c. 12. agebatur de suspensione perpetua clerici ab officio, & beneficio, seu de privatione perpetua beneficii, & ideo recte deciditur, quod clericus eti vino-lentus, nisi convincatur de alio crimine, quod mercatur privationem perpetuam beneficii, non debeat beneficio, quod in titulum possidebat, perpetuo spoliari; nobis autem hic sermo est de suspen-sione temporanea,



**AUCTARIUM**  
 CONTINENS  
**EPI TOME N**  
 PROCESSUS CRIMINALIS SUMMARII  
 REGULARIBUS USITATI  
 A U C T O R E  
**P. REMIGIO MASCHAT A S. ERASMO**  
 E SCHOLIS PIIS.

Plenam processus iudicarii doctrinam, quæ haurienda est ex libr. II. & V. Decretal. non intendo hic tradere, sed ea, quæ frequentius occurunt in iudiciis Regularium, summaria methodo complectar. Sit

§. I.

De natura, & usu iudicij summarii.

1. Q. I. *Quid sit iudicium summarium?* R. esse illud, in quo proceditur

absque solennitatibus iuris, sola rei veritate attenta. Et per hoc differt a iudicio plenario, seu ordinario, in quo ad unguem observari debent omnes solennitates ordinis iudicarii. Hinc procedere summarie idem est, ac procedere absque strepitu, & figura iudiciz, simpliciter, ac de plano, sine subtilitatibus, & apicibus iuris, modo serventur ea, quæ ad veritatem, & iustitiam iudicij desiderantur.

O o o o o ;

2. Q.